Ludovici Galliae Regis Blanca Regina Parens frequenter [illegible] ingerebat. Malle se fili carissime mortuum te videre corporaliter quam quod uno peccato mortali offenderes Creatorem.

Oppugnatio Budensis.

Salomon [illegible] Regum sapientissimus frequenter dicebat. Memor esto [illegible] [illegible] non tarda [illegible] Noli [illegible] alii vitam [illegible] Noli alii [illegible] [illegible] [illegible] ubicunque degas [illegible] crede mihi [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

DOMINI QVI FVERVNT cum Ma. Regia, quum ciuitas Buden. oppugnaretur.

Illustriss. Princeps. D. Ludouicus Griti electus Episcopus Agrigeñ.
Reuerendiss. D. Emericus Cibak, Episcopus Vuaradiensis.
Reuerendiss. D. Ioãnes Statilius, Episcopus Transiluanus.
Magnificus. D. Thomas Nadasdinus.
Magnificus. D. Raskaij.
Mag. Dñs Ioannes Serechen.

Fuerunt deinde plurimi nobiles Officiales Regij, Castellani, prepositi, Abbates, & alij complures.

Somnia v[er]o nihil aliud sunt q[uam] phantasie [illegible]
[illegible] sensib[us] sopitis
Nox [illegible] aperiendu hieme q[uam] estate eo quod
hieme ventres sunt calidiores [illegible] perfrigus ambientis
loca circumferentie accurrit ad centrum seu ad intima
viscera. Aestate v[er]o languidiores ob causam contrariam
minimum quia calor ab intimis partibus [illegible] ad circumferen-
tiam et dissipatur. Pari modo hieme [illegible] tutius et
calidior ob copiam pituitae quod tunc redundat et non
dissipatur. Aestate vero [illegible]
[illegible] per calorem aeris ambientis magna fit [illegible]
[illegible] et corpus arescit. [illegible]

Sine Cerere & Baccho friget Venus

OPPVGNATIO BVDENSIS PER exercitum Serenissimi Domini Ferdinandi Regis. Anno. 1530. Facta.

irrito nihilominus conatu, Vngaris grauiter se defendentibus

DIE DOMINICO ANTE festum Omnium sanctoꝝ, hora vesperarum, venit vna pars nauium, & occuparunt insulam Monialiū & ripam aquarum calidarum. Illo die nihil est actum. Sequēti die hora prandij superuenit reliqua ꝑs classis, & totus exercitus terrestris. De numero nauium parum constat, sed tamen quantum numerare potui, erant triremes quas nos vocamus Galeas. 12 inter quas vna fuit satis magnæ quantitatis, quatuor paulo minoris, reliquæ biremes potius q̄ triremes vocari poterant. Fuerunt deinde nauiculæ leuiores quas vocamus Nasadas, plus minus triginta, in quibus erant Vngari qui estate præterita defecerant a Rege Ioanne. Triremes aūt ac biremes erāt referte Italico milite, nam omnino fabricate fuerunt ad instar marinarū trire-

mium,cum malis,antennis, velis,amo-
ris, & ceteris ornamentis nauibus cō-
petentibus,quæ quidem triremes erāt
fortissimæ , cū propter milites in aqua
exercitatos,tum etiam propter magnā
vim Bombardarū omnis generis,inter
quas erāt pleræq; quæ non tantum ad
perfringēdam tenuē nauiculam aliquā,
sed ad diruēdos muros Ciuitatis quā-
tūuis validos sufficerēt. Iam vero ter-
restrium copiarū erant decem millia,
cum quibus Hispanorū fuere mille &
quingenti,equitum tam leuis q̄ grauis
armaturę duo millia, Leuis armaturæ
fuerūt Vngari,Silaui,& Croate,postea
multos ex his cepimꝰ captiuos & trās-
fugos. Illo die quedā leuia præludia cō
missa sunt circa suburbiū Logod,ex ho
stibus vno cum equo deturbato,reuer-
si sunt nostri in ciuitatē,Ex Lanczkne-
chtis autē quatuor occisi sunt,qui clan-
cularie Bōbardas manuales in nostros
dirigebant.In primo illo hostium aduē
tu bonum omen accepimus:secundum
Turcos, q; vētus cōtra hostes flabat ma
gnꝰ,scd'm Hungaros vero q; ex hostibꝰ
& capti sunt priꝰ & occisi q̄ ex nostris.

¶ IN festo Omniũ Sanctorũ noctu naues descenderunt post omnes. Exercitus vero mane cepit oppugnare muros ex duabus partibus: Bombardis tãtum quæ fuerunt triginta, emittentes globos ferreos, magnitudinis capitis pueri trium annorũ. Vna pars machinarũ collocata fuit inter Ecclesiã sancti Petri martyris, & trium Mariarũ, altera versus. S. Paulum sub vineis, illũ diem totum cõsumpserũt in prælio artificiali, diceres celum ruere, nam toni tribus illis bõbardicis valles & mõtes circũiacentes reduplicabant sonitũ, edificia tocius ciuitatis a fundamentis cõtremiscebant, sed nostri hortatu Illustrissimi Principis dñi Ludouici Gritti impauidi, quicquid hostes demoliebantur subito terra repletis dolijs obstruebant, tanto interuallo vsi temporis, quãto illi iterum suas bombardas pulueribus & globis replebant. Illo die ex muris occisi sunt p nostros ferme. 30. in quos quidam (nescitur Germanus ne fuerit an Hispanus) pulcherimo indutus sago ex voluto cum fimbrijs aureis, accepto pleno vini Cantharo, ibat

ordinis Eremitar

perq̄ magnifice, illudendo & mortem propinando nostris, dumq; ita circum-ambularet raris illis passibus, ac aliquã to propius muros accessisset, ictus Bombarda, illico vitam cũ morte, ita vt meritus erat, commutauit. Itidem vnus ex Bombardarijs præcise illo tẽpore quo incẽdere vellet Bombardam: Bombarda & ipse ex muris occisus est. Ex Bõbardarijs occisi sunt plurimi, sed quid proderat, cum omnes Germani generatim illius artis sunt peritissimi.

¶ Feria quarta, post festum Omnium Sanctorũ aggressa est fortissime ciuitas ex vtraq; parte tam a machinis q̄ etiã a militibus, oppugnarunt muros pertinacissime, pugna fuit crudelissima scãdebant muros, alij per foramina diruta, alij per scalas, sed viriliter a nostris compressi, quotquot ascendebãt, totidem detrudebantur, aliquoties fugati iterum cum clamore repetebant muros, tandem fessi maleq; tractati cũ maximo damno & verecundia receptui cecinerũt. Durauit prelium a meridie vsq; ad noctem, desiderati sunt ex hostib9 quasi quingẽti, vulnerati plurimi, prin

cipes viri aliquot occiſi ſunt, ſicut no-
bis poſtea captiui narrarunt, qđ itidem
per ſpolia cognouimus, nam cathene
aureæ iuſti ponderis, & pecunie aureæ
in magna quãtitate reperte ſunt apud
illos, pauperib⁹ drabonibus nõ contẽ-
nendũ ſubſidiũ. Ex noſtris quinq; occi-
ſi ſunt, vulnerati aliquot. Hic ſe obijcit NOTA
mihi virt⁹ egregij militis Gabrielis Be- Gabriel Bethlem
thleem, ſerui dñi Cibak Epiſ. Vuaradiẽ fortitudo
ſis, qui, cum iam deferbuiſſet ille impe-
tus in muros factus, cum framea & cli-
peo deiecit ſe ex muro in vallum (nam
murus erat breuiſſimus) ibi offẽſo vno
Germano ſuperauit illũ vno vulnere,
nam caput illi vno ictu in duas partes
diuiſit, haud aliter q̃ de illo dicit Vir-
gilius, atq; illi in partibus æquis. Huc
caput atq; illuc humero ex vtroq; pe-
pendit. Huic miſero dum alter Germa-
nus preſidio eſſe vellet, eadem fata ſu-
bijt, nam transfixus gladio iuxta ſociũ
procubuit, ſed cum magnam multitudi
nem Germanorũ Gabriel ſe petere vi-
deret, ceſſit furori illorum, & cum mu-
ros iterum aſcenderet murus illũ, Bom
barda deiectus, deorſum depreſſit, ſed

nulla in parte corporis Iesus sospes su-
is restitutus est, magno quidem in pe-
riculo fuit, sed nimis iuuenem belli ar-
dor in hostes concitauerat.

¶ Feria quinta nihil ab hostibus actū
est, nostri aūt & præcedenti nocte & il-
lo die fecerunt fortissimas bastiones, &
repleuerunt terra murū ex interiore
parte, ita vt fortior factus est murus il-
le dirutus q̄ fuerit antea.

¶ Feria sexta a mane ad vesperum ni
hil aliud q̄ Bombardis muros dirue-
re conati sunt, & quidem continue, nec
mora nec requies vlla data est, sed non
multū damni fecerunt, nam muri quā-
uis tenues fuerint & pene nulli, tamen
vt dixi, terra muniti, peroptime resi-
stebant. Acies ad faciendum in muros
impetū totaliter paratæ stabant in pre
cinctu, sed nescio quā ob causam destite
rūt ab incepto, Illo die nonnulli ex no
stris intus læsi sunt, nō Bombardis sed
ruina murorū, duæ autem feminæ etiā
occisæ quæ terram ad muros replēdos
comportabant, noster vero Bombarda
rius Monachus occidit duos Bombar-
darios Germanorū, & fregit rotā vni-

Monachus Bombardax instructor.

us Bombardæ & currũ cũ puluerĭbus.

¶ Die Sabbati nihil actum est, nisi q̄ duo ex Lanczknechtis capti sunt, vnus ex nostratibus in foro capite fuit priuatus, eo q̄ ex muris cũ hostibus locutus fuerat non de proditione aliqua, sed increpabat, & indespatione victoriæ illos adducere conabatur, tamẽ quia mandatum Reg. M. transgressus fuerat, satisfecit iustitiæ & tota die in foro iacuit cadauer exemplo alijs futurum.

¶ Die dñico post festum Omniũ Sanctorũ ab hostibus nihil tentatũ est nostrorũ aũt nocte precedenti aliquot ex pediti iuuenes: intrarũt castra hostium & obtruncatis ad ignẽ. 30. Lanczknechtis vno viuo abducto: sospites reuersi sunt in ciuitatem.

¶ Feria secũda nihil actũ est nec feria tertia, nihilominꝰ quotidie a nostris rapti sunt modo duo modo quatuor ex illis, currus etiã cum æquis.

¶ Die dñico post festũ. s. Martini post prandiũ, exiuerũt ex vtraq̄ parte quasi ad preludia eq̄tes leuis armaturæ: nostri tñ etiam pedites per aliam portam versus foueã cuniculorũ emiserant, in

Disciplina militaris

quo ludo adeo creuit certamē vt ex hostibus. 50. homines ceciderint, ex nostris (dei gratia) nullus, vnus saltē in coxa reportauit globulum Bombardę. Taciturnitatis hostium illa fuit causa quod cuniculos in ciuitatē agebāt, nos re cognita, cōtra agere cepimus, & vix tandem reperimus, omes quotquot erant intus, occidimus, cuniculos aqua repleuimus, ita vt nulli vsui postea hostibus fuerunt. Astuta & maledicta gens, cum apperto marte se nihil facere posse videret, animum ad clanculares insidias conuerterat, sed deus innocentiaque nostra nos saluos fecit.

Die sabbati ante Præsentationē beate Virginis, æqtes leuis arm. hostiles, exiuerūt ad preludia, cum autē nostros exire non viderent, reuersi sunt. Vnus ex illis subito iter versus ciuitatē conuertit, & ad portā festinabat vociferādo se bona fide ciuitatē ītrare velle, & ne Bōbardas in illū dirigerēt admonebat orabatque, nostri creduli, libere ipm venire pmiserūt, ille aūt cū iam paruo spatio a porta abesset, admisso æquo hastam in porta fregit, deinde precipitē

ſe in fugam conuertit,ita ꝙ nec homi-
nes nec Bombardę nocere ei quicquā
poſſent,noſtri pignore cum aliquo cer-
taſſe illum exiſtimabant,ꝙ illa die haſtā
portis impingere ſe audere iactitaſſet.
¶ Sequenti die iterū ad certamen exi
uerūt,nec noſtri cunctati ſunt.D. Tho-
mas Nadaſdinus cōcurrit haſtis cū Bal- Congressus Nadasdini cum Bamf
daſaro Bamfij:quē haſta transfixit, it
ipſe a ſeruo illius in medio curſu a late
re transfixus eſt, ſed vterꝗ conualuit.
Cū vero iam tertia hora noctis eſſet,ve
nerūt Germani Milites cū ſcalis & omī
ſuo apparatu ad expugnādos muros,ꝑ
tres horas nihil aliud q̄ manualibus,
Bombardis in noſtris vſi ſunt interdū
etiā maioribus,ſed cū viderent noſtro-
rum non contēnendā multitudinē mu-
rū ſuare,paulatim in p̄ſidia dilapſi ſūt.
¶ Ab hac die ad diē vltimæ oppugna-
tionis nihil eſt factū memorabile, qn̄-
cūꝗ Regia.M. ſcire voluit in exercitu
quid ageret, emiſit aliquot ex ſui cor-
poris cuſtodibus,& cępit illico nūc vnū
nunc duos et quatuor ex Lanczknech-
tis,qui ſubiecti poſtea queſtionibus om
nia fatebantur.

¶ In festo. s. Luciæ iterū admouerunt Bombardas muris ciuitatis, sed propius q̄ antea, & in alio loco, versus domū. D. Raskaij & Epi Zagrabiensis, maximas omniū machinas collocauerūt ad iactum ferme lapidis, in via quæ tendit ad. s. Paulū, recte in tuguriolo ante portam inferiorē, mīores vero a latere, vt cū nostri replere vellent diruta: possent impedire laborātes retro murū, astute id quidē excogitarūt, nam cū minores Bombardę faciebāt foramen in muro, idq; vno iactu, per idem foramen inniciebāt globos ad dextrā & ad sinistrā, id qđ nobis obruit plurimū, sed de⁹ obfuit inter nos. Tota illa die iaculātes diruerūt murū, & nocte sequēti, sed rari⁹ q̄ die: tātum vt interrumperēt operam illoꝝ qui replebant foramina muri.

¶ Tandē sequenti die feria q̄rta post festū Luciæ, demoliti sunt murū quantū potuerūt acerrīe, vsq; ad meridiē, post meridiē fecerūt impetū in muros illos laceratos miserrime, cū innūeris scalis Bombardis, clamore illo horrēdo: cum tāto ardore & fortitudine, q̄ parū abfuit quin actū de nobis esset. Hispani cū

Bombardis manualibus suis, stabant in sūmitate valli & defendebāt suos ascē dētes, quorꝶ tāta erat multitudo ꝙ non erat opus quē percuteres lapide querere: sed tm̄ deijcere deorsum, etiā clausis oculis impossibile erat vt aliquē nō tangeres, in prima acie collocauerāt Vngaros fortassis volētes nostros ad misericordiā cōmouere, sed illi sicut erāt primi in acie ita & in morte insequuti sūt illos postea illi peritissimi milites Germāi ac Hispani, nec putandū est de plebe homines, sed certe nobisissimi, inter quos fuerūt qui plurimas villas & oppida possidebāt, nōnulli arces etiā, quorū nomina recēsere supsedebo: quæ cū satis explorata non habeam, nollem mēdacia inserere veris. Tales inq̄ viri ibi versabātur inter suos quisq̄ milites viri quos adhortabant nūc cōuicijs nūc laudibus nōnūq̄ etiā exēplo: & se sequi iubebāt. At nostri miseri quibus nō de gloria sed de vita agebat, nō ita experti id genus certaminis, qd' quisq̄ sciebat & poterat id faciebat: quos nō tm̄ impatores sui adhortabant, quātū illos, sed quemq̄ vitæ pīculū, timor,

vxores & liberi, armabant in hostē. Nā
sciebāt si hostes vrbē intrare pmitterēt
quantā crudelitatē exercerent in illos,
Iuramēto cōstabat affirmasse omēs post
illā primā oppugnationē: si ciuitatē ca-
perēt, nec īpuberib9 nec fœminis par-
cere velle, infantes etiā in duas ptes di
uidere ɔstituerāt. Hæc omīa miseris ob
uersabātur ob oculos, hæc resistere vi-
riliter hostibus huiusmodi cōpulerunt.
Quid ego nūc cōmemorē clamores ho-
minū: bombarad℞ tonitrua: qbus a fū-
damētis tota ciuitas cōtremiscebat, di-
uisiōes per vrbē, Nam ciuitas pene ab
omībus partib9 inuasa est vt vires no-
stræ, in ciuitate distraherētur dificile est
omīa ɔprehēdere: qnquies noui milites
successerūt vulneratis & fessis, qnquies
a nostris supati: fugā dederūt, tandē cū
omēs iā hostiū vires absumptæ essent,
fessi fessos relinquerūt nostros: & omi-
no iā defatigatos. Occisi sunt ex hosti-
bus pmulti cōputata prima pugna, vel
a primo die quo venerūt vsq; ad abitū
tria hominū millia Bude remāserūt, ex
nostris toto hoc tpe, plus minus. 40. ho
mines desiderati, vulnerati plures, plu

res quidē a ruina murorum oppressi q̄ gladijs. Nā inter pugnandū nō muros ciuitatis petebāt bombardis, sed domorū quæ imminebāt nostris in muro pugnātibus illos conabātur in capita nostrorum deijcere, & fecerūt, sed nescio vtilius ne pro illis an ꝓ nobis fuit hoc nā nostros paucos opprimebāt & lapides nobis q̄bus illos obruebamꝰ subministrabant. Quid multis fusi fugatiq̄ fugerūt: Videres abeūtes, vexilla lacerata & hastas in terrā deiectas quasi flētes trahere post se, & paulatim se subducere nec respiciētes nec loquētes quicq̄, sed taciti cōpressis humeris, abscōdere se intra domos, maxime cū a nostris mille cōuicijs onerarentur. Videres ex alia parte corpa illa nobilissimoꝝ militū iacere in vallo & extra: quædā mortua, quædā semiuiua, adhuc induta armis, vestibꝰ sericeis, cathenis aureis, ex istis quos poterāt extrahebāt ex vallo, aliū pede arreptū, aliū crinibꝰ, aliū ducebāt in castra, sepelliebātq̄, Ita illi milites q̄ toties Regē Galloꝝ potētissimū ꝓstrauerūt, q̄ ceperūt deniq̄, q̄ Romā expugnarūt, Papā captiuauerūt, deni-

q; qui tot vrbes tot castra oppugnarũt,
hanc cõbustã ciuitatẽ, absq; muro, absq;
instrumẽtis bellicis paucis munitã mili
tibus expugnare nõ potuerũt. Si dicas
ducẽ illis defuisse, qs est Rocandolfo im
patore apud Cæsarẽ maior: certe qc
quid hoĩes facere potuerũt illi fecerũt.
Quinquagĩta dieb⁹ obsessi fuimus, & q̃
uis panis iã nõ repiebatur, tñ caro æq
na poptimæ sapiebat, nobis æqui sapi
ebãt, canib⁹ vero corpa Germanoꝝ. Illo
die Re. M. ex fenestra palacij sui occidit
vnũ Germanũ Bombarda ma
nuali, vt pote artis huius
peritissimus.

FINIS.